

Symma Juris Canonici

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Succincte Explicantur,
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,
pertinent

Iurisdictione Ecclesiasticâ, & Iudiciis

Strein, Johann

Coloniæ Agrippinæ, 1658

§. 3. De denuntiatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61847](#)

erat, cui hodie succedit arbitratia. Idem dicendum de eo, qui accusat de crimine quod quia solus ipse novit, probare in iudicio non potest, & fin de calum. Tusch. v. calumnia concil. 9:10. Roder. IV. tit.

6.6.8

II. Ignorantia inculpata facit, ut falso accusans a gravi peccato excusatetur; nihilominus ad restitutionem omnium que damnatus amisit, obligatur. Exceppe expensas in lite factas, & quae inde damna proveniunt. Ratio est, quia falsus accusator per ignorantiam, neque ex rebus condemnati, ut suppono, quicquam possidet. Roder. l. cit. non posse intervenire facti ignorantiam ex S. S. Thom. & milia dicit n. 5.

III. Qui in causa criminali pactum init' deferendi, & non prolequendi accusationem institutam, si inde alicui testio, vel reip. damnum emergat, lethali peccat, teneaturq; restituere quae transgressus est ordinem iustitiae.

VI. Non peccat iudex, etiam inferior, si postquam noravit defectum aliquem, inceptam accusationem abrumpt. Sicut enim non tenetur admittere suspiciam, ita pretendere non tenetur defectualem. Caset. q. 68. ar. 3. & ibid. Argagon.

V. Quae de falso accusatore dicta sunt, extendi debent ad eos, qui mandant accusationem falsam, consulunt, aut cooperantur efficaciter. Cum eti' enim non secus, atque ipse accusator damnorum inde provenientium causa sunt. Quemadmodum in Tractatu de restitut. Theologi communiter docent. Az. 111. l. 13. c. 19. dub. 7. Liss. c. 13. dub. 2. & 4. Maranta. p. 6. Fullius. tract. 32. c. 3; Sily. v.

Consilium num. 9. Tuschus v. accusatio. Conclus. 167. Item v. consilium Concil. 762. & 763. Silvestr. v. restitut. S. 3. Armillia eod n. 4. & sequentib. Tabiena V. accusatione 5. Cataneus eod.

De Denunciatione.

I. **D**enunciatio est manifestatio de-
lieti facta superiota, vel iudici, ut
suo munere fungatur, vel providentia
ad aliquid datum corrigendum, vel
impediendum. Ex quibus verbis confe-
stim apparuit, quo modo ab accusatione
differat, fine nimis, ac modo proce-
dendi, nec non defectu solennitatis
a iure requisita ad veram accusatio-
nem, Roder. 1. q. 6. diff. rre inter se dicit.
1. quia accusatio non potest nisi per li-
teras fieri, Denunciatio autem potest
c. licet a beato de accusationibus.

2. Accusationem inscriptio, denun-
ciationem monitio procedit. 3. Accusa-
tio intendit punitionem ordinarię, &
mitius. 4. Accusatio depositionem, de-
nunciatio correctionem indicit. 5. Ac-
cusator potest appellare, denunciator
non potest nec tenetur verificare
suam denunciationem. 6. Quae denun-
ciatoris finis est, ut mores corrigan-
tur, potest in testem adhiberi, accusator
minimè. Ita Roderic. potissimum diffe-
rentiam agnoscit Laym. l. 3. rr. 6. & 3. quod
accusatori incumbit onus probandi, a
qua immunitis est, denunciator. Moscon. l.
2. de iudiciis par. 1. c. 5. Maranta par. 6. iudic-
tor. tit. de denunciatione n. 2.

II. Non eod modo ab omnibus
divi-

d:viditur. Alii quadruplicem faciunt, ut Panorm. in c. novit. de iudic. & multi illam secuti. Prima est, evangelica. Secunda Canonica Tertia regularis Quarta iudicialis Evangelica sumitur ex c. 18. Matth. & 17. Luca. Canonica à Canonibus introducta est, ex qua vel generaliter vel specialiter facta proceditur ad privationem dignitatum, officiorum, & beneficiorum. Regularis apud Religiosos locum habet, varia ac multiplex secundum ordinum diversitatem. Iudicialis est, qua iudex procedit vel ad satisfacendum parti, ut recipiat, quod suum est, vel reip. ut crimina puniantur, non tamen or dinaria, sed arbitraria pœna.

Alii regularem Canonice addentes triplicem assignant, Evangelicam Canonicaem, & iudicialem, seu civilem. Canisius & Vallens. l. 5. tit. 1. §. 3. Theologi, ut Silv. notat V. denunciatio n. 1. dupli contenti sunt, unam vocant pœnitentialem, factam prælato, ut privatæ personæ, aliam iudicialem factam eidem prælato, ut iudicii, seu personæ publicæ. Laym. l. cit. cum Valent. to. 11. d. 5. Q. 12. duplicem admittens vocat. Charitativam & iudicialem. Charitativa dicitur, cuius efficiens, & motiva causa est commissatio erga proximum, ut à malo liberetur, vel præservetur. Iudicialem ita definit Ostiensis. Est criminis aliquius apud iudicem sine inscriptione facta delatio ad pœnitentiam agendam, vel aliam legitimam pœnam imponendam.

III. Inter charitativam, & iudicalem plures differentiae sunt, videlicet.

Prima quo ad finem, qui diversus.

Charitativa intendit emendationem rei, seu denunciati, iudicialis vero satisfactionem, seu compensationem danni & iniuria. Secunda onus probandi etiam cum periculo famæ & vitæ accusatori incumbit: denuncians minimè obligatur. Tertia. Iudicialis subcriptionem exigit: denunciatoris nomen potius celandum, quam manifestandum est. Quarta. Similiter crimen indicatum à denunciante absque necesse, propalandum non est. Accusatio id præcipue spectat, ut cognoscatur publicè & puniatur.

Note. Cum denunciato apud Prelatum regulari sit, licet aliis criminis omnino & auctor ignoretur, nō obstat, quo minus ea notitia ad bonam gubernationem utri possit, adeoque circa ipsum teum, de quo propterea, cum res exigit, quoad loci, & muneris sui officii mutationem disponere poterit, ea tamen discretione, & cauila, ut nec ipsi, nec ulli alteri causa detur suspicandi mutationem ex aliquo facto vel delicto originem habere. Quod si scandalum, vel gravis perturbatio timenda sit, non tantum nulla mutatio facienda, sed intuper honorandus est reus, ut monet bene suar. to. 4. de relig. l. 10. c. 10. n. 13.

IV. De Evangelica breviter, quia alterius locis est, notanda sunt, quæ queruntur.

Primo unusquisque tenet proximum suum monere, & corrigerere de peccato mortali, si potest sine gravidam no, & credit profuturum, nec absque sua monitione illum emendatumiri, & tempus opportunum est. Quando autem servato ordine Matth. 18. præscribitur.

pro non acquiescereus , superiori denunciandus est , à quo corrigitur,

Secundo, ut præceptum de correctio- ne proximi & denunciatio graviter obli- geret, debet adesse certa peccati com- missi notitia, spes conversionis, & mo- nendi opportunitas.

Tertio, de veniali peccato nullus ne- cesserario monendus aut corripiendus est, nisi grave damnum, aut scandalum timeatur. *Silv. q. 1.*

Quarto, quando peccatum publi- cum est, vel proximo aut teip. perniciosum ante omnem monitionem denunciare superiori potes.

Quinto, contra charitatem peccat, qui proximum suum iam emendatum sua vel alterius correctione nihilominus ad superiorum desert, nisi forte pro- babilis timor sit, brevi relapsorum, aut immensi alicui malo succurrentum esset. *Navarr. c. 24. n. 12.*

Sexto, quando correctio fraterna ser- vato charitatis onere nullum esse clum habet, & teus obstinatus est, judicialiter procedere superior potest, ut testibus convincatur, & pro meritis puniatur. *Silv. v. Correctio v. Barb. in c. 20. de testibus in 6. Sanzb. l. 6. conf. c. 2. dub. 2.*

V. De Canonica denunciatione legimus admonendi 2. q. 7. subditis caven- dum, ne plus quam expedit, subiecti sint, ne dum student plus quam necesse est hominibus subiici, compellantur via castiganda esse potius, quam me- tuomissionis celanda. Quem in finem ordinatur Denunciatio canonica con- tra Prælatos Ecclesiastum, & monaste- riorum quos clerici & monachi, quando non acquiescent monitioni, deferre

possunt ad superiorem, quia nimisrum interest habere bonos pastores anima- rum, & prælatos. c. 2. c. 3. cum dilectus 20. de accusat. Et verò duplex est, specialis, in qua privati hominis bonum intenditur & generalis seu publica, ut quando agi- tur de impedimentis matrimonii. Per- missum est enim cuiuslibet, impedimen- tum canonicum, quod inter contrahen- tes est, imo tenetur, ut Sanchez probat. *I. 3. disp. 13. denunciati iudici ecclesiastico.* c. Tua nos de cognat. Spirit. Arg. c. aud. id est 8. q. 1. v. Moscon. l. 2. par. 1. c. 5. lul. Clarum l. 5. Q. 7. Damhaud. in pract. crim. c. 6. Maran- ta pag. 158. Navar. c. 22. n. 83. Covar. de ma- trim. par. 2. c. 6 §. 10. Fil. tral. 10. c. 5. n. 185.

VI. Ad prædictam denunciatio- nem aliqui ex officio obligantur, uti sunt ab Episcopis & Prælatis ad id de- putati; alii non ex officio, sed charitate & zelo promovendi bonum publicum. Omnibus verò non tantum permitti- tur, iure canonico faltem, sed præcipi- tur quoque iure naturali, quando per- sonæ alicui, aut teip. grave damnum imminet, quod per aliud medium aver- ti & impediti non potest. Vnusquisque enim proximo suo extremè laboranti succuriere debet, quemadmodum sibi veller in eadem necessitate constituta *Nav. c. inter verba Corol. 63. Archid. Silv Angel. Innoc. in c. Novit. de iudic. n. 4. Sotus. l. de secreto deteg. m. mbr. 2. Q. 4. concl. 2. Fil- liui. tral. 28. c. 8. n. 15. & 152.*

Non permituntur denunciare iure civili præcipue 1. infames 2. inimici. 3. conspirantes ad denunciandum, 4. no- minatim excommunicati 5. publici concubinatii, l. cum oporteat. c. cum dilectus de accusat. & Barb. ibid. sed Antonius

Par. 3. tit. 9. c. 9. quemlibet admitti credit dummodo zelo denunciet. c. cum l. & A. de sent. & reiudicata.

VII. Quid regularem denunciationem atunet usi: a: am religiosis hominibus operæ premium non videtur, pluribus exponere, quia illis propria est. Sic tamen id minimè satisfacit, pro libidine sua, & beneplacito consuere potest accuratissimum scriptorem. *Emman. Rodericum. To. iv. QQ. regular. T. 8 c. 1 & sequ. Caramuelen in Theologia regulari l. 12. Susrium to. 18. de relig. l. 10. c. 8. & sequ. Card. Lugo Disp. 37. sect. 14. Spatharium in aurea methodo. Tract. 5. Chislerium de iudice Regularium cap. 16. Armillam v. Denunciatio.*

VIII. Superest igitur Denunciatio Iudicialis, cuius duo genera ponuntur, ita ut alia sit publica, alia privata. Publica punitionem criminis publicam, privata denunciantis propriam utilitatem respicit, ut pro damno vel iniuria illata satisfiat. *Filii, & servis potissimum servit. Sitne remedium ordinari vel extraordinarium, frusta querunt aliqui, cum videamus hoc saltem tempore, tam illius, quam propriæ accusationis usum frequentem esse. Rem ipsam vetò considerando locum habet distinctio. Secundum ius civile commune denunciatio remedium extraordinarium est, quæ per eam non proceditur nisi in certis casibus jure permisso: secundum consuetudinem vero, & ius Canonicum dici potest ordinarium, sicut accusatio. Nam laecularis fiscus habet advocatos, & syndicos suos ad denunciandum criminia, & ad illorum*

denunciationes procedunt iudices: secundum ius Canonicum vero Prelatus non minus per denunciationem, quam accusationem procedere potest. *c. Qualiter. & quando. de accusat. Mariana de ord. judicior. Par. 6 hoc Tit. AZ. 111. l. 13. c. 21 Dub. 2. Iul. Clarus. q. 7. Silv. v. Denunciatio Laym. l. Tr. 6. c. 3. Vallens. l. 5. Tit. 1. §. 5.*

IX. Hinc sequitur iudicem secundum duobus modis ad iudicandum impelli. Primo quidem per publicam denunciationem officialium, qui adiudicantur deputati sunt qui tamen non existent necessarium esse ipsorum delinquentium nomina Magistratus indicare (excepto hæcesis peccato) sed sufficere, si moneant, vigilandum esse, & attendendum, ne quid Relig. damni patiatur, quia non defint v.g. viator in sefentes, incendiarii proditores & similes boni communis olores. *Filiu. Tr. 28 c. 8. n. 143.*

Secundo per denunciationem a quo liberatio propositam, qui vel boni publici vel privati & proprii desiderio agitur: *specialiter autem legibus causum est, ut eorum præcipue denunciations iudex suscipiat, quibus acculata prohibetur, cuiusmodi sunt servi domestici, rustici oppressi, & similes. l. 1. Tit. de off. praef. urbis Abb. mc. Non deiud.*

Hodie contralèges civiles obtinuisse *Clarus meminit l. cit. consuetudinem, ut quilibet iudicem adeat ac denunciet iniuriam sibi alteri factam, idque expedit, ut eatenus crimina manifestentur, & puniantur.*

X. Ecclesiasticus iudex per denunciatio-

§. 3. DE DENUNCIATIONE

39

cationem judicialem procedere potest
in hisce casibus.

Primo, quando clericus clericum de-
nunciat, aut conqueritur adversus Prae-
latum de iniusta oppressione.

Secundo, quando laicus propter cri-
men exte Ecclesiastica denunciatur
cuusmodi est haeresis, & simonia.

Tertio, quando propter defecitum Iu-
dicis laici crimen in foro civili nouau-
dior, vel quia secularis Iudex non fungi-
tur officio suo, vel quia officium vacat,
vel quia pro tyranno habetur: denique
qualisunque defecitus sit, ad Ecclesia-
sticum Iudicem, via per denunciatio-
nem, vel querelam patet.

Quarto, ratione pacis ruptæ, aut jura
meni non servati etiam à laicis.

Quinto, cum miserabiles personæ au-
xilium implorant.

Sexto. Cum de damno illato constat,
& auctor latet. Vix enim Ecclesia fert,
ut tunc in occultum auctorem, donec
satisfaciat, excommunicatio feratur:
quinetiam in scientes, nisi reuelent, c. si
sacerdos de officio Ordin.

Denique in omnibus causis spiritua-
libus, & quæ spiritualibus annexæ sunt,
ut quando agitur de matrimonio impe-
diendo, vel dissolvendo c. ad dissolvendum
de spons. impubic. Tua nos. de cognat. spirit.
42. 111. l. 13 c. 21 Dub. 4. Filiu. Tract. 40 c. 7.
n. 222 Toletus l. 56. 57.

VI. Iure civili cautum est, ne syndici
stationarii, & similes, de quibus libet,
sed notoriis criminibus tantum denun-
ciant. l. Ea qua. C. de accus. stationarii
vocantur apparatores dispersi per vicos,
& provincias certis locis, ut magistris
denunciant flagitia, quæ perpe-

trantur, l. 1. de off. Pref. urbis. l. 31. C. de
episc. & cler. Nam in certis & parum ex-
ploratis Iudicem occupari non expedit.
Consuetudo tamen ob inosse videtur,
ut qualibet delicta etiam minus certa
deferantur modò apud Iudicem proba-
ri queant. Eadem licentiam privatus
quilibet habet ex consuetudine, ut de-
nunciare possit delictum, sive publicum
& notoriū, sive privatum, & paucis
notum, dummodò verè commissum sit,
& sine falsiuspicio narretur. Specia-
later §. Quid sit Denunciatio n. 9. Clarus
l. 5. §. fin. q. 7. num. 7. Mariana pag. 135. n.
26. Dicamus l. c. 30. Damhœud c. 6 Mo-
net autem Laym. l. 3. tr. 3. par. 2. c. 4. nu.
14. Hodie liberalius admitti denuncia-
tiones privatorum, quia abundavit ini-
quitas, in notabile dampnum commu-
nitatis. Quamvis non sine discretione
Iudici procedendum, præsertim, quan-
do contra graves personas, & nullâ infi-
miâ laborantes denunciatio sit.

XII. Qui fallo denunciavit aliquem,
re cognitâ in expensas condamnatur
teste iul. Claro l. cit. n. 12. ubi communem
esse lentitiam affirmat. At Lancelot. l.
4. T. 1. deficientem in probatione sus-
pendi dicit à officio, & beneficio do-
nec innocentiam suam probarit, quod
siet per arbitrium Iudicis aliquo n' cedo
excogitato. Vnius testis fides sufficiet.
Neque hoc durum videatur, quæ tam
denunciator iudiciales quām calumnia-
tor, non instructus argumentis & pro-
bationibus præsumit calumniam ma-
chinatus.

Excipe syndicos, stationarios, & simi-
les officiales, quorum munus est delin-
quentes prodere. Cum enim ex officio
h 2 denun-

denuntient, cessat calumniae prælumpio. Si tamen aliunde constaret, limites officii sui, & recti transgredios esse, odio vel invidia alicui fallsum crimen affixis, se, non tantum in expensas, sed alia quoque arbitrary pœna puniendi esent. *Silv. v. Detrac. n. 5 Iul. Clarus l. cit. Speculat. Rubr. de denunc. Dambaud c. 6 n. 8. Val. lens. l. 3 T. 1 Bataard. ad q. 62. Clarin. 13.*

Quod si iudex omiserit victimum in expensas damnare, per totum diem quo sententia lata est, poterit viator perere & instare, ut iudex suppleat condemnationem expensatum, & supplere tenetur, quia quoad hunc effectum toto illo die officium ipsius durare censetur. *I. Paulus 1 Tit. dere iud. Ripa int. dñs §. hoc autem. Tit. d. damno infelio.*

XIII. Præter hæc alii modi suppetunt iniuriam sibi illatam prosequendi, puta manifestando iudici per supplicacionem, aut querelam. Supplicatio/lapis adiutorii est miserabilium personarum & humili obsecratione fit, implorando benignitatem iudicis. Querela simplici relatione contenta est, nihil aliud intendens, quam ut iudex, vel superior modo, qui sibi optimus videtur, subveniat. Et hunc modum procedendi hodie in Italia accusationi solent per desuetudinem exuncta successisse testatur *Clarus. q. 10. Libellus enim non datur, sed simpliciter fit quedam scriptura, & ostentur loco libelli. Debet autem continere nomen accusatoris, accusati, iudicis, & criminis commissi: item quo loco, anno & mense commissum fuerit, nec non diem quoque dati ipsius libelli. Reliquos defectus circa solentitates, & requisita iuris communis iudex sup-*

plet. Quanquam si præter eiusmodi querelam se ipso oblatam nec denuntiatio alia, nec infamia vel aliud, que via ad inquirendum aperiretur adesse, non deberet iudex procedere. Procedere nihilominus videmus consuetudinis clypeo se munientes, de qua an legitimè præscripta sit tot vicis doctrina & integritate vitæ conspicuis improbantibus, & contradicentibus, meritò dubitari potest. *Felin. in c. Querelam de iuriu. Maranta Par. 6 Tit. secundus actus. n. 102 & sequent.*

§. 4.

De Inquisitione.

I. Inquisitio triplex est. Prima omnino generalis, qua de nullo specialiter, sed in confuso, & generaliter inquiritur. Leges, an labes statuta, an delicta vigeant. Visitata cum primis est visitatoria provinciarum, & cænobiorum. Secunda omnino specialis de certa persona, & noxa. An Titius furrum, an Caius simoniam commiserit? Tertia mixta est, cum vel sola culpa, vel sola persona nota est. *Panorm. in c. qualiter, & quando de accus. Silv. v. Inquisitio. Roder. To. iv. Tit. 8 c. 5 Diaz. in. Prell. Crim. c. 1. Generalem inquisitionem Mosconiis h. 2 par. 1. c. 5. vocat præparatoriam, specialem vero solennem. Folier. par. 2 v. Denunciatio Clarus §. fin. q. 3. & 6. Zzola par. 2 v. Inquisitio. Layman. l. 3. Tr. 6, c. 2. num. 3.*

II. Generalis inquisitio non tantum licita sed etiam necessaria, & præcepta est. *c. Romana 1. §. sane de censib. in 6. Proposito.*